Augustus Tertius Dej Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ. Russiæ, Prussiæ. Masoviæ. Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ Smolensciæ, Severiæ Czerniechoviæq; Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.

Significamus præsentibus Literis nostris, quorum interest Universis et singulis. Quia nos ex singulari respectu meritorum Gnosi Laurentij Czarnecki Ensiferi Zaskrinen: Notarij Castren: Lancicien. Nobis abunde præstitorum Necessitatibus Bonorum Ejus hæreditarior: Tymianka, tum Smolice gorne et dolne noncupatorum, in Palatinatu Lancicien. Consistentium, subveniendo, faciendum eē duximus, ut Eidem Gnoso Bonor: eorund Hæredi liberam Incisionem Lignorum in Sylvis Medietatis Villæ Nræ Regalis Swędow noncupatæ, possessioni Gnosi Thomæ Olszewski alterĩ Medietatis ejusq Villæ Hæredis subjectæ in eoq Palatinatu Lanciciensi sitt: Nec non libera pascua in ejusq Sylvis rubetis et fundis prædictæ Medietatis Villæ Nræ Regalis Swędow daremus et concederemus. Uti quidem damus et Concedimus præsentibus Literis Nris. Permittentes Eidem Gnoso Laurentio Czarnecki Ensifero Zaskrinen: et Ejus subditis ex prædictis Sylvis pro usu Domestico et foco ac ædificijs extruendis Ligna excidendi et ad Bona prædicta sua hæreditaria evehendi, ita tamen, ne id fiat cum notabili damno Sylvarum earund. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Gnoso Thomæ Olszewski prædictæ Medietatis Villæ Nræ Regalis Swędow Possessori nostro ejusq locum tenenti notum eē volentes, requirimus et Mandamus ut præfatum Gnosum Czarnecki Ensiferum, circa hanc Nram liberæ incisionis Lignorum et pascuorum liber: Concessionem inviolabiliter Conservent. Illiusq Familiam et subditos in evectione horum lignorum et libera incisione, liberorisque pascuis non præpediant. Quod et futuri prædictæ Medietatis Villæ Nræ Regalis Swędow Donatarij præstabant. Pro Gratia Nostra. In quorum fidem Præsentes manu Nrâ subscrās. Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXI. Mensis Martij Anno Domini MDCCLIXno. Regni vero Nri XXVI anno.

Augustus Rex

Libera Scissura in Sylvis Medietatis Villæ Regalis Swędow nuncupatæ, in Paltu Lancicien Sitæ. Gnoso Laurentio Czarnecki Ensifero Zaskrinen: Notario Castren: Lancicien:

A. Rakowski Sigillator Regni Vinensis
Sigilli Majoris Regni Secretarius.

Fasciculus 18 vol. … No 11

1759

Cancellariatu

Illustrissimi et Excellentissimi Domini
Joannis Comitis in Konskie et Bialaczow
a Malachowice Malachowski
Supremi Cancellarij Regni, Ostroleensis
Gnievensis etc. Capitanei

Sigillatum

Præsens Privilegium S. R. Mttis
per rescriptum In Castro Lan-
ciciensi Feria Secunda
post Dominicam Misericor-
dia proxima Anno Domi-
ni 1759 Oblat. et Acti ad
ingrossana per Officium
Castrense Capitaneale Lanicie
Suscepta